

um mihi imponant, vel aliorum se vertant. A Lutherus: in meiner Klage. vide Pfal. LV, 3.

אֶתְּרֵם à terrore hostis: ) i. e. à terribili hostium mihi infidantium periculo. Nomen enim אֶתְּרֵם timor, significat talem animi consternationem, ubi quis planè obmutescit, rigescitque instar lapidis, Exod. XV, 16. tremente universâ ossium compage, Job. IV, 14. XXII, 10. & ubi nullapax. Jer. xxx, 5. Talem itaque metum etiam sibi nunc ab hoste incuti conqueritur David, utpote cui satis constabat de cruentis adversantium tum consiliis, tum factis; quibus tamen quid miser hic exul opponeret, vix deprehendebat. Unde non potuit non per humanæ fragilitatis rationem exoriri metus vel consternatio. Notari verò potest, nomen hoc ipsum, quod communiter neutro-passivum est, (cei huius generis vocabula latina vocantur à Scaligero exerc. 312.) hic activum fieri, vel TERROREM designare, ita ut sequens genitivus (Inimici) non subjectum, sed efficientem huiusmodi affectus, exprimat: cujusmodi phrasin est Deut. xxxii, 19. sprexit eos אֶתְּרֵם propter indignationem seu irritationem filiorum suorum; Jes. I, 7. subversio peregrinorum, i. e. quam peregrini inferunt, &c. Atque hoc ipsum eleganter expressit Lutherus: behüte mein Leben für dem grausamen Feinde; cum prius reddidisset: für der Furcht des Feindes. Nimirum prius substantivum vices gerit adjectivi: terror hostis, i. e. hostis terribilis.

אֶתְּרֵם hostis: ) collectivè sumi hoc potest, pro hostibus numero non paucis, veluti sequens etiam versus plurium facit mentionem; vel hostis hic innuitur antesignanus aut primipilus, à quo instar membrorum animabantur regebanturque reliqui.

אֶתְּרֵם custodies: ) i. e. custodi. Futurum secundum ponitur pro primò seu imperativò, qualis præcessit, ceu in decalogò & alibi. Radix אֶתְּרֵם custodivit, conservavit.

EXPLICATIO VERSUS III.

אֶתְּרֵם occultabis vel occulta me: ) h. e. securum mihi præbe asyllum, ubi innocuo mihi, usque dum rabiosa deferbuerit tempestas, liceat delitescere. Metaphora à gallinarum alis, vel reconditis petrarum cavernis: confer Psalm. xxvii, 5.

אֶתְּרֵם à cœtu malignantium: ) ne videlicet eorundem improvisò incurram manus, quando agminatim doloseque in me irruunt; vel contra arcana ipsorum machinationes consiliaq; callida securam mihi præsta quietem. Nomen enim אֶתְּרֵם tam cœtum ipsum, quam arcana in cœtu aliquò agitata consilia designat, veluti vidimus Pfal. xxv, 14.

אֶתְּרֵם malefacientium: ) à quibus nimirum omnis exulat aequitatis commiserationisque affectus, qui singulari ducunt voluptati, malefaciendo aliis suum augere commodum aut voluptatem; veluti huiusmodi homines voce hac exprimentur Pfal. xxii, 17. xxvi, 5. xxvii, 2. xxxvii, 9. &c. Est participium verbi אֶתְּרֵם malefecit, cujus radix אֶתְּרֵם malum esse.

אֶתְּרֵם à tumultuatione: ) h. e. incursionibus importunis valdeque streperis: quippe nomen hoc אֶתְּרֵם (præterea non extans,) descendit à אֶתְּרֵם tumultuatus fuit, Psalm. II, 1. unde

etiam אֶתְּרֵם cœtus frequens, Pfal. LV, 15. Alia radice huius non suppetunt in sacris loca. Duobus autem vocabulis אֶתְּרֵם arcanum & אֶתְּרֵם tumultuosus impetus, videtur David deprecari tum fraudulentas, tum violentas hostium machinationes aut injurias.

אֶתְּרֵם operantium iniquitatem: ) vide Psalm. LIX, 3.

EXPLICATIO VERSUS IV.

אֶתְּרֵם exacuerunt linguam suam: ) h. e. qui sollicitè quævis excogitant tum calumnias, quibus meam proscindant famam; qui exactè ad acriter maledicendum se totos componunt, haut aliter ac miles ad lædendum hostem, suum exolit acuitque gladium vel tela. Sic namque אֶתְּרֵם (unde est etiam אֶתְּרֵם dens, qui sicut ad mordendum, ita quoque ad convitiandum non raro nimis est acutus,) usurpatur de expolitione gladii, quando is tam splendidus penetransque redditur, ut fulguri videatur similis: confer Deut. xxxii, 41. item de telis levigatis acuminatisque, Prov. xxv, 18. Pfal. XLV, 6. Pfal. CXX, 4. Jes. V, 28. Similis ad linguam translatio metaphorica est etiam Pf. CXL, 4. exacuerunt linguam suam ut serpens.

אֶתְּרֵם quasi gladium: ) confer Psalm. LV, 22. LVII, 5. LIX, 18. Job V, 15.

אֶתְּרֵם intenderunt sagittas suas: ) Verbum אֶתְּרֵם calcavit, de adductione etiam arcus, pedis impositione facta, solet usurpari: item de sagittarum aptatione, veluti ipsam hanc phrasin vidimus Pfal. LVIII, 8. Postrema acceptio est huius loci; adeoque bina hæc nomina, sagitta, verbum, per appositionem coherent, q. d. aptarunt sagittas, quæ ipsæ nil aliud sunt, quam sermo exitiosissimus.

אֶתְּרֵם verbum amarum: ) i. e. sermones extremè molestos, animum excruciantes vehementer, damnumque inferentes acerbum. Alià hic metaphorà utitur David, deducta à gustu, vel rebus ingratis: in mō sapore horrorem velut incurientibus, ceu facit אֶתְּרֵם myrrha, (sonò conveniens cum nostrò אֶתְּרֵם amarum,) aut aqua deferti in Marâ Exod. XV, 20. item אֶתְּרֵם amarorum jusculum, Exod. XII, 8. Num. IX, 11. uva acerbitatum, Deut. xxxii, 32. aut אֶתְּרֵם fel aspidum, cui præter acerbitatem inest venenum, Job. XX, 14. Deut. XXIX, 18. vide plura ad Job. VII, 26. & Pfal. x, 7. Possent etiam, si metaphoram sagittæ præcedentem strictè quis urgeat, ipsum hoc אֶתְּרֵם accipi pro felle vel veneno, ita ut verbum fellis sit simile sagittæ toxicæ, lethaliter fauciant eos, quos ferit. quorsum Lutherus: mit thren giftigen Worten zielen wie mit Pfeilen. (prius: zielen auß bitterst.) & ante ipsum Chaldaeus: unxerunt sagittas suas veneno mortifero & amaro. Ita Quistorpius h. l. citans Deut. xxxii, 24. Num. V, 18. unde etiam mors dicta est amara Sir. xli, 1. I. Sam. xv, 32. Amos. VIII, 10. Prov. xxxi, 6.

EXPLICATIO VERSUS V.

אֶתְּרֵם ad feriendum: ) illis nimirum jaculis venenatis. Describitur intentio vel finis impiorum, cur verba adeò amara componant, videlicet non jocandi, sed interimendi prorsus causâ. Verbum אֶתְּרֵם generativè est aliquid

xx 4 projiceret

ra, quates aliam  
propria. litem  
at, voluntatem  
X.  
præc. V.  
scordium ori  
horribilis, ne  
infernalis cru  
afinis: L  
XI.  
adium, form  
angit Del pum  
Palm. xxxv  
mundanis gran  
Reg. xv, u  
at Christi cong  
supote quare  
cont. Pf. LII  
dolem, (Luc  
m, mo rapu  
XII.  
vere regum  
Jes. LXL, 10  
cultus & ab  
Herculi, &c.  
sed in saprem  
23.  
matorum m  
rummat ob  
27.  
impendent  
eriet: v. 8.  
Sagittæ fuit  
net ipsos: v. 3  
at: ibid.  
xhilaratio:  
[2] Opus hec  
actum cum  
omino latam  
(6) omnes  
ntar dormi  
arco ante  
Pfal. XVII, 4  
gemebant;  
nemoro clam  
fastidium  
nde vel filio